

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 31. Cujusdam Episcopi tententia de omittendis Legatorum nominibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI. verba: *Universalis & œcuménica*, expun-
A.C. 1546 gi voluerit, postea tamen, cum ea jam-
jam suo Diplomati inferuisset, rem inta-
ctam relinquì censuerit.

§. XXXI.

*Cujusdam Episcopi sententia de omi-
tendis Legatorum nominibus.*

*Spond. hoc
ann. n. I.
Paul. Sarpi
hist. Trid.
l. 2. p. 128.*

Vix non penitus sedata erat conten-
tio, cum Joannes de Salazar Lan-
ciani in Neapolis Regno Episcopus no-
vum altercandi argumentum suppedi-
taret, exponens, quod titulus a primis
Ecclesiæ Conciliis receptus retinendus
esset, hic vero minime fastuosus sonaret,
cum nequidem Præsidum nomina ful-
fent apposita: omnibus autem prior
fuerit Synodus Constantiensis, adjiciens
nomina suorum Præsidum, quos propter
schisma frequenter mutabat; horum au-
tem exemplum minime esset sequen-
dum, cum alias pariter Cæsarlis, Re-
gisque Romanorum Oratores nominare
conveniret, eoquod Sigismundus, aliij
que Principes, qui Synodo Constanti-
ensi cum eo intererant, ibidem nominati
designati essent: hunc vero fastum
a Christiana humilitate omnino alienum
esse reputabat, indeque inferebat, nul-
lam Præsidum mentionem esse facien-
dam. Hæc Episcopi monita minus be-
nigne

nigne excipiebantur, unde ipsi Cardinalis Montanus eodem ferme momento hæc reposuit: „Concilia pro varia temporum atque occasionum ratione diverso agendi modo fuerunt usi, ante te actis tamen Sæculis semper Papa tanquam Ecclesiæ Caput fuit agnitus, neque unquam a quovis Concilium ea lege expetitum legitur, ut a Pontifice non dependeat, quod tamen nunc Germani imprudenter nimis depositum, de cetero autem hæreticæ temeritati fortiter reluctandum, palamque declarandum, quod ipsi, cum Romani Pontificis sint Legati, cum ipso tanquam suo Capite sint conjuncti.. Ea de re prolixius adhuc fervore Ultramontanis (*) solemnni differebat, tandem vero sermonem ad alia deflectebat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

Cc 4 §. XXXII.

(*) Insulse Continuator Joannis Mariæ de Monte Cardinalis fervorem per ludibrium vocat *Ultramontanum*. Hic enim non ultra Montes, sed Romæ natus erat, si vero hunc fervorem ideo Ultramontanum appellat, quia Papam tanquam Ecclesiæ Caput, sine cuius iususu, vel approbatione nullum unquam Concilium fuit legitimum, agnovit, hunc Cardinalem non Ultramontanum, sed veritatis, quam (excepta forte unica natione) tota Christiana respublica pro-